

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ipocrisis bc
cum fonte primo

Multorum quia inbecilla sunt latent uicia.

Instrumenta illis explicande nequicie desunt.

Sic tuto serpens etiam pestifera tractatur dum riget frigore,
non desunt tamen illi uenena sed torpent.
Multorum crudelitas et luxuria et ambicio,
ut paria pessimis audeat, fauore fortune deficit.

Seneca XLII. epistola.

Multorum quia inbecilla sunt latent vitia,
non minus ausura cum illis vires suae placuerint
quam illa quae iam felicitas aperuit.

Instrumenta illis explicandae nequitiae desunt.
Sic tuto serpens etiam pestifera tractatur dum riget frigore:
non desunt tunc illi venena sed torpent.
Multorum crudelitas et ambitio et luxuria,
ut paria pessimis audeat, fortunae favore deficitur.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 42.3-4
(L. Reynolds ed., vol.1, p.111, ll.15-21).